

EXPLICATIO LIB. I.

tres octauas, vt in 11. & 8. Et tres decimas, vt in 13. & 10. Et tres vndecimas, vt 14. & 11. Et ita deinceps. Estq̄ omnino varia huius generis cōstitutio. Id modo attendendum est: Possit ne multitudo partium composita vnam partem efficere numeri, proq̄ addente partes existere numerus addens portionem. Vt, exempli gratia, In 20. & 15. Non enim dicemus 20. ad 15. addere quinque partes, sed vnam tertiam. quinque enim quindecimæ, vna pars tertia sunt numeri 15. Id quod & in alijs similiter est considerandum.

*Expositi numeri addentes
partes.*

Adden.